



Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensor Redivivus Seu De Sacrae Consistorialis Aulae
Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio**

Romae, 1657

13 Selecti ex pluribus, & in ordinem redacti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

26 CAPVT

quidam , & Gretzerum sub p̄e-
13 citato num. 3 . eod. vers. Ita * quo-
que subsequentibus temporibus
Romani Pontifices obseruarunt,
eligendo certos Aduocatos, qui-
bus solis ad eius Consistorium
aditus pateret, ne coram sacro
Senatu cuilibet passim liceret
tale munus obire, quos propte-
rea à Consistorio, Consistoria-
les , siue Sacrae Consistorialis
Aulæ Aduocatos specialis no-
minis prærogatiua appellarunt,
ut ab aliis simplicibus different
teste Vestrío in praxi lib. 2. cap.
18. de Aduocatis Consistorialibus.
Petro Gregorio Tholofano Syn-
tagmat. Iur. uniuers. tom. 2. lib.
49. cap. 6. num. 10. Lælio Zec-
chio de Republica Ecclesiastica
cap.

PRIMVM. 27

cap. 17. de Aduocatis Consisto-
rialibus, & Scacc. de Iudicijs lib.
i. cap. 65. sub num. i. vers. Q
ad corroborationem.

Quarto locus in Capellis,
Processionibus, & Equitationi-
bus Pontificiis, cæterisque acti-
bus publicis, & confessio cum
Clero; etiam ubi Pontifex abest;
hoc enim Defensoribus Regio-
nariis indultum legitur à D. Gre-
gorio in Epistola præcitata, &
testatur Baronius loco superius
adducto. Primo quidem ibi:
Eisdem patebat aditus, ut ad
sacra simul cum Pontifice conue-
nirent: secundo ibi. Hi absen-
te Pontifice sedebant cum Clero:
præsente vero stabant: tertio ibi:
Porro Regionariorum munerum

hu.

28 CAPVT

huiusmodi tantum erat priuilegium , ut assisterent Pontifici in Ecclesia : Quo tendunt verbu[m] Papias dicentis in glossis , Defensores à Romanis Pontificibus constituti sunt Episcoporum adiutores , quibus honores inter Clericos , sicut ḡ Regionarijs concedimus relata per Ioannem Meursi in Glossario Græcobaro Verbo ΕΚΔΙΚΟΣ pag. 149.

14 col. 2. vers. Papias. Quo * priuilegio semper potiti fuerunt Aduocati Consistoriales , qui in Capellis Pontificiis , si Papa est præsens , & Capella celebratur in Palatio , sedent è conspectu illius ; si vero celebratur in Basilica Lateranensi , D. Petri , vel alia , sedent in ultimo gradu So-

līi